

1969

C A P V T X L V I I I .

bus confectus (LXX. ἐνοχλεῖται turbatur, Onkelos: iacet infirmus) humanæ conditionis & sortis nos admonet, cui ne sanctos quidem eximit Deus in hac vita. Sunt quidem à morte redempti, & peccato mortui: sed necesse est terrestris huius domus nostræ tabernaculum tandem dissolui, vt domicilio æterno in cœlis superinduantur à Deo, propter quod etiam suspirant, desiderantes mortalitatem suam in carne absorberi à vita. Sed nunc gesta in hac Iacobi ægritudine audiamus.

ET TVLIT IOSEPH DVOS FILIOS SVOS. Altera circumstantia, Iosephi obseruantia in patrem. Audita eius infirmitate, non cessat aut exspectat vocari, sed posthabitum curis aliis festinat charissimum patrem inuisere, tum vt extrema pietatis officia ei pro virili præstet, tum vt benedictionem eius accipiat, quam sane omnibus Ægypti opibus, imo vniuersis mundi regnis potiorem ducit. Adducit secum filios duos vt & ipsi benedictionis paternæ fiant participes, & ab aucto in album Ecclesiæ allecti, in pietate & fide magis confirmantur. LXX. addunt 1. καὶ οὐδὲ τοῦτος Ιακὼβ: quod non est in Hebræo. Commendat nobis suo exemplo Ioseph pietatem & obseruantiam erga parentes infirmos, ne eis officia & honorem debitum negemus, sed tunc maxime præstare studeamus, visitando & consolando eos, vt non tam facultatum, quam benedictionis paternæ hæredes fiamus, iuxta præceptum: Honora patrem & matrem, vt sis longauus super terram.

2. RENUNCIATVM EST AVTEM IACOBO. Tertia circumstantia de adoptione nepotum sequitur: vbi primum dicitur, quam reuerenter filium pater exceperit. Aduentu eius atque pietate admodum exhilaratus, infirmum inactremulū corpus erigere in lectulo tentat & sedere honoris causa. Princeps enim erat. Et solent infirmi conspectu amico-

1970

rum quasi vires omnes colligere, vt quā gratos eos habeant ostendant, ipsisque dolorem minuāt. Deinde exorsus orationem Iosepho paucis commemorat apparitionem Dei, tum benedictionem, tandem promissiones sibi factas, de generis amplitudine & de terræ Canaan hæreditate perpetua. Quorsum hoc? Non solum vt tantam Dei gratiam iam moriturus prædicet, & fiduciam suam in his Dei promotionibus dulcissime acquiescentem profiteatur: sed 1. propter Iosephū:

Bvt eum, qui cum princeps Aegypti esset, minus forte de alia terra cogitabat, ad considerationem & fiduciam tantarum promotionum magis inuitet, magisque ab honoribus & opibus Aegypti retrahat, & quasi de nouo ad sanctum genus Abrahæ, à quo paululum videbatur diuisus, aggreget. 2. Propter filios eius, quos adoptare cogitat hæredes non suorum gregum, pecorum aut regularum aliarum: sed diuinarum promotionum. Quod ad verba, istarum supra videatur

Cdeclaratio cap. 28. ver. 13. Notandum tamen, quod non tam verba Dei apparentis in Luz h̄ic cōmemoret: quæ paulo aliter se habent, quam verba Isaaci patris benedicentis ipsi discendentis in Mesopotamiam: ibid. vers. 3. Ibi igitur explicata singula habentur. Confirmat vero benedictionem patris se quasi ore ipsius Dei prolatam accepisse: quod docet, Mosen nō subinde verba numerare, sed summas promotionum quæ tamē sensu perpetuo conueniunt, referre. Quod dicit: In hæreditatem perpetuam quæstionem habet. Atqui iam hæreditatem illam Heraclitæ non habent. Respond. διὰ aliquando tempus diuturnum, sed finitum notat ut supra fuit. Dedit ergo eis hæreditatem terræ usq; ad aduentum Messiæ. 2. Terra carnali feminī promissa fuit cum conditione fidei & poenitentia, qua non præstata exciderunt sua culpa. Interim res significatae promotionum feminī spirituali in Christo præstantur perpetuo:

11 3 Psal.